



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectae

**Sandini, Antonio**

**Bambergae, 1753**

CLX. Paschalis II. Anno Christi 1099. Henrici IV. 16. Alexii Comneni 19.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](#)

ad laicos quoque fuit iam vires, quam  
mulieres propagatum, & quidem cum  
magno fænore gratiarum, ut experti sunt  
omnes, jugiterque experintur fideli  
illud ex animo frequentantes.

(8) Nomen hujus Pontificis in nonnullis  
Martyrologiis & sacris Fastis Beati tu-  
tulo est insignium. In Martyrologio vi-  
delicet Benedictino apud Mabillonum  
Sæculo VI. Benedictino part. 2. pag. 904.  
In Menologio Benedictino IV. Kal. Augu-  
st. fol. 529. *Philippus etiam Ferrarius* in  
Catalogo Sanctorum, qui non sunt in Ma-  
tyrologio Romano, *de eo* in meminit prope-  
sito *Beati* titulo. Lambertinus De Sen-  
Dei Beatif. & Beat. Canoniz. lib. 1. cap. 4.  
num. 25.

## CLX. PASCHALIS II. ANNO CHRISTI 1099. HENRICI IV. 16. ALEXII COMMENI 19.

**P**ASCHALIS II. *Hetruscus, Rai-*  
Bar. an. *nerius* antea dictus, Presbyter  
1100. *S. Cardinalis*, anno 1099. XIX. Kal.  
2. 4. 16. Septembr. relictum ab Urbano II.  
<sup>18.</sup> locum vel invitus tenere cogitum.  
Fag. *S. I.* 2. 4. *Hic contra tres Pseudopontifices ab*  
*Hen-*

Henrico IV. alium post alium, Cle-  
mente mortuo, sibi oppositos stetit  
impavidè. (1) Henrico autem IV. Bar. an.  
erecto è vivis, majorem ab ejus fi- 1106. §.  
lio Henrico V. passus est calamita- 2. 25.  
tem. Hanc ut declinaret, in Gal- Pag. §.  
liam se recepit, auxilium petiturus 2. 5.  
Bar. an.  
ab Rege Philippo, quem pœnitentia- 1107. §.  
tem commissi biennio antè restitue- 1. 5.  
rat communioni Christianorum. Post Pag. §. 1.  
annum ferme integrum revertit Ro- 3. 8.  
mam. Quod ubi Henricus audivit, Bar. an.  
éodem ipse quoque concessit, Impe. 1111. §.  
rialem consecrationem ab eo suscep- 1. 9. 14.  
turus. At Paschalis conferre recu- 23. 24.  
savit, nisi priùs ille *investuras*, hoc Pag. §. 1.  
est Dominiorum Ecclesiasticorum posse-  
sionem dandi, à Gregorio VII. aliisque  
Pontificibus damnatum privilegium (2)  
dimitteret, & Romanæ Ecclesiæ ju-  
ra confirmaret. (3) Incensus irâ  
Henricus, atque impotenti consilio  
instructus Pontificem in militari cu-  
stodia habuit, & captivum unà cum  
Cardinalibus, magnóque Clerico-  
rum & Civium numero abduxit.  
Dies amplius quinquaginta indignum  
in modum detinuit, donec ab eo  
non tam suis, quàm sociorum ærum-

Rr 5 nis

nis permoto concessum expressit, u  
liceret sibi, quemadmodum ait Pe  
schalis ipse apud Baronium, regi  
sui *Episcopis & Abbatibus libere pram*  
*violentiam & simoniam electis investi*  
*ram virga & annuli conferre, eosque*  
*in possessionem mittere.* (4) Com  
pos optati Paschalem Romam ded  
xit, à quo in Aede S. Petri Imperi  
coronâ est insignitus, & Augustus  
Bar. an. consecratus. Post hæc Paschalis facti  
1116. §. pœnitens ita doluit, ut voluerit de  
2. ponere se à Papatu, & ad Ponicianab  
sulas habens religioso exul ire, (5) &  
que in Lateranensi Concilio in hac  
rem habito illud malum scriptum, quod  
in tentoriis factum fuerat, quod prop  
vitato sua pravilegium dicebatur, non  
demnaverit sub perpetuo anathema.  
Bar. an. (6) Renovato sub eadem anathema  
1117. §. tis pena Gregorii VII. decreto, ne  
1. Laici darent, néve Clerici ab eis  
Pag. §. 2. Sacerdotiorum investuras acciperent,  
Bar. an. 1118. §. Qua de causa Henrico Romanu  
1. 2. sus adveniente, Beneventum se con  
Pag. §. tulit. Inde post abitum Imperatoris  
2. 2. in Urbem regressus anno 1118. XII.  
Kal. Februar. concedit viâ, cum  
regnâset annos duodeviginti, mensis  
quinq[ue], & dies septem.

AN:

## ANNOTATIONES.

(1) Albertum videlicet, Theodoricum, & Magninulfum, qui quidem *Sylvester IV.* appellatus est. Quodnam alii nomen suum præferint, non invenio.

(2) Cardinalis Lambertinus De Serv. Del Beatis. & Beat. Canoniz. lib. I, cap. 41. num. 27,

(3) Id convenerat primùm inter Legatos Pontificis & Henrici, ut hic, quemadmodum dicit Petrus Diaconus apud Baronium ad an. 1110. §. 2. *Patrimonia, possessio-*  
*nisque beati Petri restitueret, sicuti à*  
*Carolo, Ludovico, Henrico, aliis Impe-*  
*ratoribus concessa sunt libera; servaré-*  
*que ea beato Petro pro viribus: deinde,*  
ut est apud eundem Baronium ad an. 1111.  
§. 20. Henricus ipse promiserat: *Patri-*  
*monia & possessiones sancte Romanae Ec-*  
*clesie, quæ abstuli, restituam, & cuncta,*  
*qua habere debet, more antecessorum*  
*meorum recuperare & tenere adjuvabo*  
*bonâ fide. Sed non stetit promissis.*

(4) Hinc carpsere nonnulli Paschalem II. Horum accusationem exarmat Baronius ad an. 1112. §. 11. Non est enim *hæresis*  
*ipsas investituras dispensando concedere*  
(quod unum Paschalis II. fecit) *sed affe-*  
*vere atque defendere, de jure esse & de-*  
*bere fieri per Laicos investituras, (quod*  
*nunquam afferuit Paschalis II.) id hæresis*

est

est, cum id sit, falsum dogma, bonis moribus, & sacris Patrum institutionibus repugnans in Ecclesiam introducere. Præterea, ut animadvertisit Lambertius lib. 1. De Serv. Dei Beatif. & Beat. Canon. cap. 4. num. 28. si Dominii ipsius Ecclesiastici constituendi à Laicis usurpatas facultas heresis absolutè & simpliciter fuisset, non eam Gregorius VII. alioquin Pontifices in sola Ecclesia Occidentalim probassent, sed eandem reprobationem ad Ecclesiam etiam Orientalem, in qua illa vigebat, sine ulla dubitatione excludi voluissent. Vide Baronium ad an. 1116. §. 3. & Angelum de Nuce annotat. p. 32 cap. 4. lib. 4. Chron. Casin. tom. 4. Scriptor. Rer. Italicar. pag. 519.

(5) Incerti Auctoris, qui vixit anno 1119. Historia Pontificum, & Comitum Engadinensium cap. 35. in Labbe Nova Bibliotheca Manuscriptor. Librorum tom. 2. p. 259.

(6) Abbas Urspergensis in Chronico apud Baronium ad an. 1116. §. 2. & apud Labbeum tom. 10. Conc. pag. 807.

CLXI.  
GELASIUS II.  
ANNO CHRISTI 1118.  
HENRICI V. 8. JOAN. COM.  
NENTI I.

CLXI.